



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

12. Onerosam curarum &c. Jubilæum Universale ad implorandum Divinum
auxilium pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Regimine indicitur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

Jubilaeum Universale ad implorandum Divinum auxilium pro salutari Sanctae Ecclesiae Catholicae Regimine indicitur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

XII.

Universis Christi fidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exorditur a Sna pro Ecclesia bono vigilia & praesentia cura Apostolica gravitate.

Exponit calamitates Ecclesiae a Turcae praesentis tyrannide imminentes.

Extollit orationis conjunctae vires.

Hortatur ad preces, eleemosynas & jejunia.

Indicet jubileum universale & praescribit adimplenda de gentibus in Urbe.

Onerosam curarum Pontificiarum molem humilitati, atque infirmitati Nostrae jam dum divinitus impositam in summis quidem rerum omnium difficultatibus, quantum divina bonitas dedit, & pastorem vigilantiam Nostram pro Dominici gregis salute in hac excelsa Apostolica Sedis specula excubantem Domino representare haecenus conati sumus; Sed illam nunc tum praeteritarum aerumnarum recordatione, tum praesentium sensu, & imminenti formidine longe graviores experimur. Nam quamvis ineffabilis Dei benignitas populi sui precibus exorata, atrocis belli calamitates, quibus nobiliores Christiani Orbis Provinciae miserabiliter vastabantur, pace inter Principes Christianos composita sedaverit, non cessavit tamen, nec adhuc cessat humani generis hostis in agro Domini superfeminare zizania, ut quidquid boni tot curis, atque laboribus actum est, pervertat, perniciosisque machinationibus pristina dissidia exciter, & nova accendat, quibus Christianam Rempublicam in majores luctuosioresque miseras praecipitet, latamque immitti Christiani nominis inimico Turcarum Tyranno fenestram aperiat, per quam Christianorum fines formidabili sua potentia irrumpere Regna, & Provincias, ac Principatus evertere, suaeque tyrannidi adjungere, ac perfidia suae abominationem in Ecclesia Dei viventis plantare, & latius propagare molitur. Et Nos quidem privatis Nostris Sacrificiis, indicisque etiam publice precibus, pro muneris Nostrae ratione adversus praesentia imminetiaque mala remedium a Deo quaerere non desistimus: Sed illud longe efficacius, propriusque consequi speramus, si ad privatas Nostras totius Christiani populi obsecrationes, orationes, atque deprecationes adjungantur: Potens est enim oratio Ecclesiae supplicantis ad Dominum, qui pius est & misericors, & propitiatur invocantibus eum in veritate. Adeamus itaque cum fiducia ad thronum gratiae, scindamus corda Nostra, & expiatis per veram poenitentiam peccatis, quae sola inter Deum & homines separant, Divinam indignationem placare, jejuniisque, & eleemosynis vires orationis intendere, & praestabilem super hominum malitia Dei clementiam concordibus votis exorare studeamus, ut benignissimus Dominus, & Deus Noster, cujus misericordia super omnia opera ejus, cordium contritorum holocausta in odorem suavitatis accipiens, Ecclesiam suam Sanctam ab infidelium ac haereticorum, & schismaticorum insidiis, periculis, & persecutionibus tueri, & protegere, haereses, & schismata extirpare, Principum Christianorum animos, sublatis omnibus illis quae concordiam turbare possent, arctiori, atque indissolubili charitatis vinculo conjungere, ac in causae communis tuitionem unire, & confociare, populumque sibi acceptabilem facere, & per viam mandatorum ejus ambulantem gratiae suae donis in hac peregrinatione, fovere & confortare, assiduisque virtutum incrementis perficere, & ad propositam aeternae beatitudinis metam feliciter perducere dignetur.

§. 1. Haec autem ut ferventiori spiritus ardore, majorique fructu fiant, celestium numerum thesauros, quorum dispensationem fidei Nostrae commisit Divina dignatio, aperire, & larga manu erogare volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum

eius auctoritate confisi, ex illa ligandi, & solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis & singulis utriusque sexus Christi fidelibus in alma Urbe Nostra degentibus, qui S. Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctae Mariae Majoris ejusdem Urbis Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium duarum proximarum hebdomadarum saltem semel devotè visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces, ut supra, effuderint, ac quartà, & sextà feriis, & Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissimam Communionem relecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut praemittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilaei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem praedictam concedi consuevit, tenore praesentium, concedimus & elargimur.

§. 2. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, superscriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscunque tam Laicis, quam Ecclesiasticis Secularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocunque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequeverint, ut illa Confessarius, ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante praesentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutetur, vel in aliud proximum tempus prorogare possint, eaque injungere, quae ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 3. Insuper omnibus, & singulis Christi fidelibus utriusque sexus tam Laicis, quam Ecclesiasticis Secularibus, & Regularibus, cujusvis Ordinis, Congregationis & Instituti, tam in Urbe praedicta, quam extra eam ubique locorum, ut praefertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem tribuimus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcunque Presbyterum Confessarium tam Secularem, quam cujusvis Ordinis & Instituti Regularem ex approbatis, ut praemittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris, à jure vel ab homine, quavis causa laicis, seu infidelibus, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, seu Nobis, & Sedi Apostolicae, etiam per Litteras die Coenae Domini legi solitas, & alias quascunque Nostras, aut Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum Constitutiones, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis quomodocunque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeat, & insuper vota quaecunque (Religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, in junctà tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 4. Quapropter tenore praesentium in virtute sanctae obedientiae directè praecipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscunque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Praelatis, ac quibuscunque Ordinariis locorum, ubicunque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum praesentium transumpta, seu exempla, etiam impressa acceperint, illa statim, & absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

§. 5. Non intendimus autem per praesentes super aliquà irregularitate publica, vel occultà,

Facienda navigantibus, iter agentibus Regularibus, captivis, infirmis & impeditis.

Facultas eligendi Confessarios etiam pro Regularibus.

De commutatione votorum.

Praecipit jubileum universale ab Ordinariis ubique publicari.

Declaratio in quibus non intendit dispensare.

notà

notâ, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quomodo contractâ dispensare, vel aliquam tribuere facultatem dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, neque etiam eisdem præsentibus iis, qui à Nobis, & Apostolicâ Sede, vel ab alio Prælati, seu Iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Derogatio
contrariis.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim, quibus facultas absolendi in certis tunc expressis casibus, ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non Regulâ Nostrâ, de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcunque Ordinum & Congregationum, seu Institutuum Regularium, etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac formâ in eis traditâ pro servatâ habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expressè ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Translump-
torum fi-
des.

§. 7. Ut autem Præsentibus Litteræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, Volumus, ut earundem præsentium translumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ munitis, ubique loeorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Septembris 1681. Pontificatus Nostri anno quinto.

D. 11. Sep-
tembris
1681. P. A.
quinto.

J. G. SLUSIUS.

XIII.

Indicatur Jubilæum Universale ad implorandum Divinum auxilium pro felici Viennæ liberatione.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Universis Christi fidelibus præsentibus Litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium
de deploro-
ando hæ-
reditaria-
rum Leo-
poldi Ro-
mani Imp.
Provincia-
rum statu.

IN Supremâ militantis Ecclesiæ speculâ his calamitosissimis temporibus super gregem Dominicum curæ Nostræ divinitus creditum Pastorales oculos vigiles assidue agitant, dum luctuosas Regni Hungariæ, ac Archiducatus Austriæ, aliarumque hereditariarum Charissimi in Christo Filii Nostri Leopoldi Romanorum Regis in Imperatorem electi Provinciarum & ditionum calamitates, Ecclesiasticorum, & Religiosorum, ac præsertim Sanctimonialium, aliorumque Christi fidelium præcipites fugas, & strages, virginum & puerorum miserandam in servitutem, & quod amariùs deplorandum est, in apostasiam, pudicitiamque discrimina abductiones, Civitatum, Oppidorum, & agrorum excidia, vastationes, direptiones, & incendia, aliaque innumera mala, qui-

bus nefarius Turcarum Tyrannus immani ferocia, formidabilique sua potentia nomen Christianum delere molitur, Apostolicæ charitatis studio consideramus, vehementer ingemiscimus, atque inter mærores, & suspiria vocem proferre, & spiritum ducere vix valemus. Nam quis adeò ferreo sit pectore, cui tot malorum tristis facies gemitus, & lacrymas non exprimat? Quis ad graviora, quæ undequaque impendent, pericula non summo pavore concutitur? Immitis enim ille Tyrannus secundis armorum suorum initiis inflatus, nihilque sibi imperivum jam fore confidens, Viennam Austriæ Urbem celeberrimam, ac munitissimam, & quæ tumentes olim Turcicorum armorum fluctus confregit, arctâ, vehementique obidione oppugnat, & tanquam in-explebilis bellua Christianas omnes Provincias spe jam devorat, Mahumetanæque perfidiæ abominationem longè latèque propagare, ac Dei viventis Ecclesiam funditus destruere satagit. Verùm Domino protegente, in cuius manu est salvare in multis, & in paucis, incallum cadent impiorum hostium perniciosi conatus, si Divinam iram, quæ hominum flagitiis provocata, Christianum populum hoc atroci bello tanquam virgâ furoris sui castigat, humili peccatorum confessione, dignisque poenitentia fructibus placare, atque ad sacram misericordiarum Domini aram accedere, ardentibusque, & concordibus supplicationibus opportunum auxilium implorare studuerimus. Non enim Dominus continet in irâ miserationes suas, sed homines per flagella vocat ad poenitentiam, ac propiciatur invocantibus eum in veritate. Adeamus itaque cum fiducia ad thronum gratiæ, scindamus corda nostra cum lacrymis ad Deum, jejunii, & elemosynis orationum nostrarum vires intendamus, ac unanimi, assiduâque deprecatione Patris misericordiarum, & Dei totius consolationis opem invocemus; ut sociatis memorati Leopoldi Regis, ac Charissimi in Christo Filii Nostri Joannis Poloniæ Regis Illustris, aliorumque Principum armis, Nostrique, qui quidquid in Nobis est virium & consilii, in causâ communis tuitionem conferre studemus, piis conatibus benedicere, fortissimisque Christi pugilibus ad Viennæ defensionem, Turcarumque, & aliorum infidelium repressionem vires, & fortitudinem, quæ de cælo est, augere, cæterorumque potentissimorum Regum & Principum Christianorum consilia, & vires ad Christiani nominis tuletam unire, & fociare, ac inimicos suos dissipare, & in fugam convertere, prosperosque Christianis armis successus largiri dignetur.

Viennam
à Turcis
obseſſam
conſemo-
rat.

In Divinâ
miſericor-
diâ confi-
dendum.

Hortatur
ad preces,
jejunia &
elemosy-
nas.

Indicit
Jubilæum
Universale
& præſcri-
bit rati-
onem de-
genti-
bus in
Urbe.

§. 1. Ut autem hæc ferventius fructuosiusque fiant, priscum Romanæ Ecclesiæ omnium Matris & Magistræ morem sequentes celestium munerum thesauros, quorum dispensationes fidei Nostræ communi bono Divina dignatio commisit, in his urgentissimis Ecclesiæ necessitatibus, gravissimisque periculis aperire, & largâ manu erogare decrevimus. Itaque de Omnipotentis Dei misericordiâ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus autoritate consili, ex illa ligandi, & solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis & singulis utriusque sexus Christi fidelibus in almâ Urbe Nostrâ degentibus, qui solemnî processioni, quam aliquâ die proximè venturâ hebdomadæ ab Ecclesiâ Sanctæ Mariæ super Minervam ad Ecclesiam ejusdem Sanctæ Mariæ de Animâ nuncupatam Nationis Theutoniarum de eâ lem Urbe, unâ cum Venerabilibus Fratribus Nostri, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ac Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, quos in Romanâ Curia adesse contigerit, nec non Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælati quoque, & Officialibus ejusdem Curie, univerſoque Clero, & Populo benedicente Domino agemus, devotè interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris dictæ Urbis Ecclesias, seu Basilicas,

aut